1529. die 13. Julij

# Imperator Turcorum.
# Regi Joanni Hungariae.

Ego qui sum Caesar Caesarum et Dominus Dominantium, Albi maris, et Nigri maris Romaniae et Anatoliae Et Tua Serenitas, qui es Rex Hungariae, sciat; hoc tempore cum literae meae pervenerint ad manus tuas, ut illud fiat, sicut fuit hucusque, terra, quae fuit sub manu tua, ego ita protegam, ut meam propriam, mandavi ob hoc, ut quicunque hucusquè ad te redierunt, et qui se tibi dedi: derunt, et cujus terrae, gentes, ac Coloni te: cum sentiunt, ut notifices eis omni modo, et significes ne terreantur, ac ne timeant, et maneant, sicut hucusque manserunt, quidem nemo impediet eis puerum, aut puellam, aut res aut substantiam, et a meis Bassis, et Janczaris, et à meis mancipijs, et ab alijs meis exercitibus, nemo eis pro uno de: nario damnum faciet, et in hac terra sive sint arces, sive Barones, sive alij Domi: ni et Proceres, omnibus ex parte sua si: gnifices, ut quicunquè se tibi dediderint, et tecum senserint, ut maneant in pace, et sic ego eos agnoscam, sicut meos proceres, illi autem, qui se nunc tibi non dediderint, si Dominus Deus misericors annuerit. Ec: ce novi mecum omnibus terris meis, si no:

lunt

nolunt se dedere, et sub manu tua esse
et pueros et uxores, et parvos et magnos
ponam sub gladio, terramque conteram,
et domos comburam, ut sint fabula Cæ:
teris hominibus. Postremo hoc meum
preceptum per omnes terras, quo longius
poteris notifices, et hoc ita fiat. Datum
Junij, die tredecima Mensis Julij Zemplinij.
Anno nostri Prophetæ Nongentesimo tricesi:
mo Quinto. Anno Christi 1629º D